

ANDREÆ
STREITHAGENI
IVLIO-MERTZEN-
HAVSSENSIS

ECHO
MISCELLANEA.

ANDREAS
STRUTHACENI
IVLIO-MERTZEN-
HAYSENZIS

ORNO
MISCELLANEA

ANDREÆ
STREITHAGENI
IULIO-MERTZEN
HAVSENSIS

ECHO
MISCELLANEA.

E *St locuples pagus, cui Mertzenhaussia
nomen,*

*Quod riget excultos Mertzia parua lares:
Iuliaca in medio terra: nimiumq; propinquus*

Vrbs princeps muris Iulia firma tuis.

Natalis mihi terra, meo victura perennè

Carmine, si carmen viuet in orbe meū.

*Quem iuxta herbose surgunt loca publica
montes,*

Bruliaque accliu cadua silua iugo,

*Hac loca nympha tenet, qua nō magis alte-
ra quenquam*

Inconsultum aris nolit abire suis.

*Non prior illa quidem loquitur, neque cerni-
tur vlli,*

Sed facili quemuis percipit aure sonum.

Inque tuos semper gaudet se vertere mores,

Si clamas, clamat; si canis, illa canit.

Si responsa petis, properè responsa petenti

Reddit, vel minimas nescia ferre moras.

Tanta-

E C H O

Tantaque religio, tanta est custodia veri,
 Ut careat merita vocula nulla fide.
 Nec tu contuleris Cumã: vana Sibylla est,
 Nec Phœbum: dubiis fallit & ipse sonis.
 Testis erit Croesus, qui lusus Apollinis orẽ,
 Traiecto magnas flumine perdit opes.
 Et vos Phœbo adito docta nescistis Athena,
 Anne lues vobis, anne timenda famas.
 Hanc ego, iam quamuis rumpunt nunc fri-
 gora cautes,
 Terraque brumali canet operta niue.
 Hanc ego constitui dubiis in rebus adire,
 Elicere & verbis pauca verba meis.
 Nam mihi scitari verum libet, illius ergo
 Promptus ad hæc feci deuia montis iter.
 Iamq; adeo incipio, quia respondere parata,
 Talia vocalem pauca rogare Deam:
 Quid mihi tollendũ, ne frigore torrear Echo,
 Si veteri quaram pauca more? Mora.
 Ergo age, dic paucis: Properat quid nosse ma-
 lorum,
 Qui scelerum sordes pergit amare? Mare.
 Isne erit æternũ caelesti arcendus ab arce,
 Ni sua confessus crimina flerit Erit.
 Quo cadet interitu contemptor Polypus aquis,
 Pra quo Cretensi credere malo? Malo.
 An fore tu censes, ut, si pia vota valebunt,
 Anemo-

MISCELLANEA.

Mnemosyne illius sit mihi sacra? Sacra.
Cur nunquã atate tranquille degit auarus,
Nec quamuis habeat plurima deget? Eget.
Men' fore felicem, si re non sordidus utar,
Nec desiderio torquear aris? Eris.
Anne suum liuor cor edit, dum rebus opimis
Alterius macrum se fore credit? Edit.
Non aliena illum calcar virtutis habere,
Qui miser inuidiã pectora tabet? Habet.
Cum seruire Deo nil sit, nisi regna tenere,
Quid mihi triste facit seruitium? vitium.
Quid me precipue trahet in noua crimina
semper,
Te nisi in auxilium Christe vocaro? Care.
Eccuius Ninuen vox ad meliora reduxit,
Perculit & mentes religione? Iona.
Cũ surgens tumulto denictã morte triũphat,
Victori ingeminem quid Nasareio? Io.
Cum canimus Christum, quid, amor nuns
cordis, an oris
Conciliat nobis numina clamor? Amor.
Quo turba, aut quali fulgens incedit amictus
Pro Christo insignis martyrio? Tyrio.
Quid faciam, vt mores multorum, atq; op-
pida cernam,
Ingeniq; bonis undique diter? Iter:
Omnia scire hominum nulli dat Delius vn-
quam: An

E C H O

An neq; dent studiū, m nemo syneq;? Neq;
 Quana artes nihilo pluris pēdūtur ab omni,
 Quam solet à gallo gemma, bibone? Bona.
 Sunt quibus hinnitus placeat pra carmine
 docto,

Non ad haras adiges hos Ateas? Ad eas.
 Quid sibi qui felix visus, neq; sūma moratur.
 Stultus, qua merito funera debet? Hebet.
 Mene leuarē opem, cui dextera tollitur alis,
 At premitur vasto pondere laua? Leua.
 Ecquid opus facto est, ut amer? Nam fertur
 Amari,

Vnicus ad vita commoda trames. Ames.
 Quid suades? à me disungitur amne puella,
 Illa meis flammis unica nata? Nata.

An non pulchra magis niuci cādore ligustrā
 Illa tibi visa est esse, cygniue? Niue.

At quid praeipue valeat me perdere, prater
 Ingenium in casto corpore come? Coma.

Te quoq; cū multis torquet Narcissus, at illū
 Ne qua tibi eripiat nymp̄ha, caueo. Veto.

Ritene pacta inco tade, s̄ pignora prater
 Vnicus est Christi gloria finis? Inis.

Quis venerem sacris damnatā legibus odit,
 Odit adulterij quis graue crimen? Hymē.

His quid scribetur, quibus est iniuria ludus,
 Dum matrū tentant corda pudica? Dica.

A.

MISCELLANEA.

- At quid inurendum tali, si furti parescant,
 Et fiat populo fabula nota? Nota.
- Qua drachmis decies mille unā vedere noctē
 Constituit prisco tempore? Lais? Ais.
- Visne sonē Monachum, Monacha à quo ne-
 ste soluta est
 Virginea incesto crimine zona? Sona.
- Pertasus Monachum quidnam dum claustrā
 relinquit,
- Quā frater, mauult esse Lutherus? Herus.
- Quenā illi, aut cuius, terris ut miscuit astra,
 Gratia pro tanto parva labore? Bora. (tit.)
- Hac quid cū misero tria post vota edita ver-
 Ne cubet in cella paupere sola? Sola.
- Quenā vrbes inter reliquas cōmēta Lutheri
 Edidit à veterū mēte aliena? Iena. (testas)
- Sed quib. est quidquid blateret Niger ore) po-
 Celestis regni cognita clavis? Auis.
- Debit ecquisnam de religione rogari,
 Ne cœca erraret mente Batauus? Auus.
- Quis sacras ades non hos exstruxit ad usus,
 Præco ubi dat populo verba Batauus? Au⁹.
- An benè sit cuiquā, veteri si sede relicta,
 Aufugiat tempus circa hyemale? Male.
- Cui, qualiq; viro dic deuoueat ⁵ absens,
 Figaturq; acubus cerea imago? Mago.
- Queis stabulis Circe socios inclusit Vlyssi,
 Post tamen his ipsis auxiliari? Haris.

E C H O

Nonne tibi nuga lemures, & spectra videtur,

Qua soleo mediâ nocte timere? Mera.

Quid facis in siluis, acri latrante Molosso,

Seu fera, seu visus sicubi latro? latro.

Estne opus, ut flâmas referat, neq; sētiat ignē?

Vt proba dicatur gemma pyropus? Opus.

At splēdore placet multū translucidus aureo,

Vnde tenet nomen chrysolitus? Solitus.

Scire velim, quid agas, aestu cū pascua findit

Luminis atherei Phœbus origo? Rigo.

Esse solet cunctis inimicus floribus Auster:

Quidnam, hos si Zeyhyrus creber adhalet?

Alet.

Sternere quis ventus solitus fastigia, turres,

Quis solitus frondes arboreas? Boreas.

Ecquis erat Cynico, cum nollet regibus uti,

Consuetus cœna tempore bolus? Olus.

Qua sed Aristippo, cum mallet regibus uti,

Esse solet contrâ cœna suavis? Auis.

Ecquibus (antiquis si quidquam credimus)

ingens

(Eis-

Est mora, num ratibus, parua echeneis?

Quis mutus, cuius patris in discrimine lin-

guam

Soluit, ut exclamet, vis pietatis? Alys.

In dubiis quanam sortes & tempore pacis

Olim adita, & tristis militia? Lycia.

Tim.

MISCELLANEA.

Tingere qua censes discat rudis urbe magi-
stra

Vellera purpureo murice tiro? Tiro.

Quis fluvius, cuius decepti ab Apolline Cræse
Transitus est regnis exitialis? Halys.

Illos, qui soliti plenis comitibus buccis!

Fundere, qui vocitat Scopelianus? Anix.

Quis puer ille, patris quem mensa apponit
edendum

Medea genitrix hand magis mitis? Itys.

Igniuomus Lycia quondam quam mira Poë-
tas,

Fingere mons fecit monstra Chimera?
Mera.

Si me prava ferat malus in consortia ca'us,

Quid facio, ne quid dent mihi labis? Abis.

Cuius fila placent, siue illis iungere vocem,

Seu iuuat ad modulos arte salire? Lyra.

Quo lucas suenit, quo noctes ducere Paulus,

Nunc haustū gelida dat cui siphon? Scypho.

Cuius parua rei, si qua est, spes omnibus illis,

Quos premit infesti morbus hydropis? O-
pis.

Quale auri pretium fore pra virtute patabo,

Siue asprum fuerit, seu mihi laue? Leue.

Si bene de quoquam merear, faciamque be-
nigne,

Num

E C H O

Nū bene apud memorē gratia stabit? Abit.
Fide, vide vetus est, sed quonā opus esse pu-
bis,

Vt liceat solūm dicere: Fide? Fide.

Quid Theodoro olim spretum haud referre
putanti,

An sublimē putris fiat, humine? Mina.

Quis Siculū votis optat superesse tyrannum,
Est odio cunctis dum malesanus? Anus.

Nonne subire semel, satius quacūq; pericla,
Quām trepida semper mente cauere? Ferē.

Quid timet illorum verō nimis omine Casar
Pallidula, & gracilis queis facies? Acies.

Pramonitus petiit quo permittente senatum,
Nec cessit precibus, consilio? Ioue.

Mene patrare iubes bellū memorabile cōtra
Romanū, sequitur quē Cleopatra? Patra.

Heu quid oportebit, si iam deuicta lacertis
Admōro fauces vipereas? Pereas

Non quot sint hostes, sed ubi: cum quaro pr-
ratus,

Idne ago, quod quōdā iusserat Agis? Agis.

Quem rear auctorem nitrati pulueris esse,

Quem reperisse artes sulphureas? Furias.

Qualis & illius mens, cui prolatas & ensis,
Missilis & rapido fulmine sphaera? Fera.

Quid facit, ut reges inter, populosq; potentes
Haud

MISCELLANEA.

- Haud rarò gliscat Jeditio? Ditio.
 Quis ferus, ille, à quo virtute inuicta Serini
 Iniecto capta est igne Sigetha? Geta.
 Qualis visa tibi, nauem qua incendit in un-
 dis
 Cypria, Turcarum frena perosa? Rosa.
 Nò illum benè emit vita, quo claret, honorè,
 Turcica captiuus dum iuga demit? Emit.
 Quid prope Naupactum Turcarum sangui-
 ne tinxit
 Christiadum classis numine freta? Freta.
 Vt Regi auderet ruptis concurrere frenis,
 Quae potuit Batauum res animare? Mare.
 Praecipue Hispano quid credam obstare tot
 annos,
 Ne victum possit Marte domare? Mare.
 An rata foedera erunt, si ià, si numine dextro,
 Ad tempus fuerit pax iterata? Rata.
 Terra Bohemia tepet. qVIs tãta stragis or Igo?
 Nã tVròa hVnC perDatTIs Iphonea? Na ea.
 Quis fidunt victi Boia virtute rebelles,
 Vt sese eripiant compedibus? Pedibus.
 At pariter pereunt: ferro, si Marte resistit;
 Sin turpi vertit terga fuga quis? Aquis.
 Quis fluvius princeps & Worma maior &
 Erpa,
 Iuliadum radit pingua rura? Rura.

Cum

ECHO MISCELLANEA.

Cum bello inuoluat patriam, quam, nympha, referre

Urbem, urbem credis Iuliacam? Iliacam.

Pace tuos ô Christe bea: sic vota, precesque,

Sic tibi fundantur thura Sabaa. Bea.

Cum Dea sis, & vera mihi respõderis Echo,

Quid tibi pro meritis vis statuã: statuam.

At iam, nympha, vale. iam dudum membra tremisco:

Vrit enim frigus membra niuale. Vale.

Soc. Jen. Dusseldorpij 1622

FINIS.